

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

31. Adulator: Expressus ex Athenæo lib. 6. & alijs historicorum sensibus:  
nostro verò stylo donatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

gra, pinguedine solutam. Taceo cerebrum crebra vibice peraratum, quod parum amplius regi constat capillis, quam cicatricibus. Taceo pro breuitate cervicis occipiti supinato scapularum adhædere confinita. Taceo quia decidit honor humeris, decor brachijs, robur laceris.

Taceo manus chiragricas, vñctis caraplatum pannis, tanquam castibus inuolutas: taceo quod alarum specubus hircosis, atque aesculentibus latera captiva vallatus, nares

circum sedent ventilatas duplices Ansancti peste funestat.

**H**ancetus de corporum imaginibus; nunc ximē apparent in moribus & affectibus. Extant in eo genere characteres Theophrasti, prudenter & ingeniosè conscripti, è cuius, & cæterorum antiquorum sensibus, multos xaphrastos expressi, & Latinitate, non ut interpres, sed ut orator donauit.

## VIRTVS, ET VOLVPTAS.

Philostratus, in Apollonio.

### Descriptio XXX.

**H**uius chrysanthre κατεπικευαμένη, καὶ δρυμος, καὶ παρεῖται καὶ χαίτης ἀναπλοκῆς, καὶ γαρδής διμάτων. Εἰς δὲ αὐτὴν καὶ χρυσὸν πέτλαιον. γέρασθαι γέρε καὶ τέτος σφέσται. Ηδὲ αὖτις οὐ πεποικύτης περσφερεις. Ταχὺ δὲ δρῶται, τὸ δικαῖον πεποικύτην κόσμους, καὶ ἀνυπόδητος ἡ θρησκή, καὶ λιτὴ τὸν εὐθέτα, καὶ γυμνὸς δὲ ἀνέφανετο, εἰ μὲν γινώσκετο οὐδὲν λέγεις εὐσχημονει.

Erat autem hæc quidem auro monilibus que ornata, veste insuper purpurea, & oitis pulchritudine nitens, & coma præterea disminuta, & varijs nodis alligata, & pictis supercilij fulgens; aut eos quoque calcenos gestans, tumido incestu huic insultabat. Altera vero, labore fesse similis, apectu horrida, macie quoque & iqualore confecta, nudis etiam pebibus, & simplici veste amicta, ut nuda etiam esset proditura, nisi quod in fœminis decorum est, agnouisset.

## ADVLTATOR.

Expressus ex Athen. lib. 6. & alijs historiorum sensibus, nostro vero stylo donatus.

### Descriptio XXXI.

**A**ccepit iam quid ille turpiter & luxuriosè fecerit in Malthimum (melius Malchinam dixero) virum diuitem, sed improbum; quem suum Alexandrum, imò Iouem solet appellare. Iacebat adolefens vino marcidus, in lectulo, qui (ut fert delicatorum ingenium) rumebat pluma, collucebat auro, flagrabat purpura. Duo cum isto adulatores hominem circumstabant, in eum plusquam deceret, offi-

ciosi, nequissimo genere leuitatis: unus pedes Iydio, hoc est, delicatissimo panniculo impostos mollissime titillabatis & identidem demissa ceruice suaviter osculabatur, dignos exclamans pedes, qui iuuis vestigij rosas funderent, lactis & mellis fontes aperirent: Alter manum propendentem è lectulo, & languide, ut sit ab ebris, demissam lenissimè demulcebat; *διεν* *χρῆστος*, Græca assentatione frequenter appellans. Tertius, qui nemini in hac nequitia cedere volebat, diffusos per lacteam ceruicem crines, sinistrâ lenibat manu; *δεξιὰ* flabellum tenens, ex mirifico candæ pauoninæ choragio constatum, abigebat muscas, ne quæ in domini caput inuolarent: sed tam bonus custos esse non potuit, quin vna, ut est bestiolarū importunissimum genus, ad corpus *τοιχεῖον* iacentis penetraret: tum indignè factum clamat omnes, & queritantur impudentissimas effe.

esse bellus, quibus non satis sit, homines pun-  
gere: nisi Deorum sanguinem lambant. Hic  
tamen, qui ceteris, ut nequior, ita ingeniior  
volebat videri, non nihil animalculo condon-  
andum esse censebat; rem audaculam fecisse:  
ceruicem illam roseam appetuisse, quis non  
appeteret? in uolasse, non ut pungeret, sed  
ut ocularetur. Praeterea ostio, sed nulla a-  
pud iratos; etum sit in muscas, totis ædi-  
bus exterminantur: creatur inauditus ante  
magistratus, muscarum præfetus, cui ex of-  
ficio incumbat, totis ædibus muscas expel-  
lere. Quid, cum noster hypobolimæus Alex-  
ander nuper se labore fingeat ophthalmia?  
bonus ille parasitus hallucinabatur ad fercula.  
Alexandrinum puerum sibi poculum porri-  
gentem non videbar.

Becæ aëtum cum genere humano, sic tur-  
pissimus assentator fame, & siti perijstet. Quo-  
ties rustantem aut mingentem Dominum  
laudavit quoties ægroti lauan linxit, quo-  
ties febriculoso vomitum frustis esculentis vi-  
num redolentibus, abunde profusum, spuri-  
fimo ore exceptit. Prauane ista parua sunt; si  
quod iter facienti accidit, commemoremus.  
Ad regis latus equitabat comes indiuividus,  
eum celo intendere se nubes, consecuta re-  
pente tonitrua, & coruscationes: tum ille, ve-  
nerationis, ut videbatur, plenus, conuersus ad  
Regem: Eru (inquit) proh magne Iupiter, sic  
tonas? Ad summum constans rumor est, eum  
aream destinâsse, in qua templum ex manu-  
bibus adulorioris est consecratus; Domino, Deo-  
gue nostro: & si quid amplus voluerit, Iphige-  
niam habet domi, filiam vacancam, & nubilem,  
eui virtus impositurus est, & ad noui Dei a-  
ram immolaturus.

## AMBITIOSVS.

Ex D. Cypriano, epist. 2. L.

Descriptio XXXII.

**Q**uos honores putas esse, quos fasces, quam  
affuentiam in diuitijs? quam potentiam  
in castris? in magistratu purpuræ speciem? in  
Principatu licentia potestatem? malorum  
blandientium virus occultum est, & arriden-  
tis nequitia facies quidem læta, sed calamita-  
tis abstrusa illecebrosa fallacia; instar quod-  
dam veneni, ubi in lethales succos dulcedine

asperfa, calliditate, fallendi, sapore medicato  
poculum videtur esse, quod sumitur: ubi epo-  
taueris, peinicies hausta grastatur: quippe il-  
lum vides, qui amictu clariore conspicuus ful-  
gere sibi videtur in purpura, quibus hoc for-  
dibus emit, ut fulgeat? quos arrogantium fa-  
stus prius perculit? quas superbas fores matu-  
ritus saluator obedit? quot tumentium con-  
tumeliosa vestigia, in clientum cuneis ante  
præcessit, ut ipsum etiam salutatum comes  
postmodum pompa procederet, obnoxia non  
homini, sed potestati? neque enim colimori-  
bus meruit ille, sed fascibus: horum denique  
videtas exitus turpes, cum anceps temporum  
palpatore abscessit, cum priuati latus nudum  
defectoras clausit; tunc lacerata domus  
plage conscientiam ferunt; tunc rei familia-  
ris exhaustæ damna noscentur; quibus re-  
demptus fauor vulgi, & cœducis atque inani-  
bus votis, popularis aura quæsita est.

## SVPERBVS.

Expressus ex Suetonij Galigula,  
& ceteris.

Descriptio XXXIII.

**V**ideret, si placet hominem moriar, ni-  
cetus ex fastu, arque arrogancia, & iniqui-  
fimo genere superbie confatus est. Hic est,  
qui Imperium orbis terrarum, superciliosus,  
ut Atlante cœlum niti putat: nec iam memi-  
nit, quod homo sit ex argilla, & luto factus:  
quoniam, se ex altis lapsum putat, & qui in-  
certos habet parentes in terris, originis suæ  
principium repetit ē cœlo. Cernite, quo se ia-  
ctat incessu: quibus nos intuetur oculis? qua  
voce? si modo loquitur? omnes præ se contem-  
nit. Animaduertitis, ut modò depictas, gem-  
matasque indutus penulas, manuleatus, & ar-  
millatus, in publicum procedat: modò serica-  
tus, & cycladatus obâbulet? modò in crepidis,  
vel cothurnis, modò in speculatoria caliga, nō  
nunquam socco muliebri prodeat, plerumq; ve-  
rò aurea barba fulmen tenens, ac fuscinam, aut  
caduceū, Deorum insignia, scelè insolentius ostē-  
tet: hic ceteros homines præ si mures, aut mu-  
cas, aut culices esse arbitratu: si quis eū leuisse  
suspici-